



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Non expedire religiosorum statuit: q[uod] loco uoti continentiae, foret eis
imposita castitas coniugalis. XXVIII

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

LIBER TERTIVS.

¶ Nō expedire religiosorū statui, q̄ loco uoti cōtinētiæ foret eis imposta castitas cōiugalis. Cap. XXVIII.

” **D**ecimoctaua Lutheri obiectio. Longe magis
 ” cōsultū foret aīarū saluti, si loco cōtinētiæ mo-
 ” nasticæ fuisset religiosi imposta castitas cōiu-
 ” galis, quā in matrimonio seruarēt. Nūc autē cū
 ” ad p̄petuū astringunt cœlibatū, admodum rari
 ” sunt q̄ illū integre seruāt, sed secretis libidinibus cū religiosi
 ” mulieribus & interdū cū secularibus, oīa miscēt ac polluunt
 ” Quibus q̄dē immūditīs ipsi dant magnā occasionē, propter
 ” ociositatē, saturitatē, opulentiā & delitias, q̄bus abūdāt pleriq̄
 ” religiosi in monasterijs, ut eis oīno cōueniāt ea uerba **Ezechielis**
 ” **elis.** Hæc est iniquitas **Sodomę** sororis tuę, supbia, saturitas pa-
 ” nis, & abūdātia & ociū. Hęc **Lutherus.** ¶ **Rñsio.** Nequaquā
 ” fuisset recte prospectū religiosorū statui & cōditioni, si pro cō-
 ” tinētiæ p̄petuæ uoto fuissent alligati fœderi cōiugali. Nā mo-
 ” nasticæ professionis cultores ad idip̄m potissimū ordinant &
 ” tendūt, ut laqueis huius seculi expediti, libere sint in deū inten-
 ” ti. Cōfortiū autē connubiale, maxime illos reddidisset uinculis
 ” mūdi huius irretitos & implicatos, cū scribat sacer **Paul⁹** ad **Co-**
 ” **rin. 7.** Qui sine uxore est, sollicit⁹ est q̄ dñi sunt, quō placeat deo
 ” Qui autē cum uxore est, sollicitus est q̄ sunt mūdi, quō placeat
 ” uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo, cogitat q̄ do-
 ” mini sunt, ut sit sc̄tā corpeet spū. Que autē nupta est, cogitat q̄
 ” sunt mūdi, quō placeat uiro. Porro hoc ad utilitatē uestrā di-
 ” co, nō ut laqueū uobis iniiciā, sed ad id q̄d honestū est, & qd
 ” facultatē præbeat sine impedimēto dñm obsecrādi. Hęc **Paulus**.
 ” In q̄bus utiq̄ uerbis aperte testat, cœlibatū et cōtinētiā
 ” tā in uiro q̄ muliere, magnā præbere facultatē obsecrādi do-
 ” minū sine impedimento, totoq̄ mentis affectu adhærēdi deo
 ” Tota autē religiosorū uita potissimū ordinatur ad obsecratio-
 ” nes assiduas, statis & determinatis horis quotidie deo offeren-
 ” das, & ad animū ipsum curis seculi expeditū, sincere & inte-
 ” gre deo deuouendū. Quare cœlibatus, q̄ maxime cōgruit re-
 ” ligiosorū ordini & statui. Q̄ si loco p̄petuæ cōtinētiæ fo-
 ” rent deuincti religiosi ad castitatē cōiugalē in suis monasterijs
 ” obseruādā,

Ezec. 16

1. Corin. 7.

Cōtinētiā,
 nō cōiugii
 religiosi
 cōducere

obseruandā, tunc in domibus monasticis opus esset & obster-
 tricibus ad leuandas partu grauidas religiosorū uxores, & nutri-
 cibus ad infantes alendos, ubi matres ad id muneris præstan-
 dū minus essent idoneæ. Tunc itidē q̄tidianū infantū uagitus
 psalmodiæ loco resonarent, quietēq; monachorū nocturnā in-
 terrūperent, essetq; domus cœnobitica, uisitationib; puerperarū
 tolerādis obnoxia, & haud minus secularib; uiris & mu-
 lieribus parēs, q̄ domus aliq̄ plebeia in medio urbis foro cōs-
 stens. Et ut uerū fatear, pene ridiculū est huic assertiōi Luthes-
 ranę refellēde insistere, usq; adeo absurda est, atq; a recta rōne
 abhorrēs. Q̄ si rñdeat ad hęc i se obiecta Luther⁹, expedire
 uotū cōtinētē religiosorū cōmutari in castitatē cōiugale, non
 qdē ipsi monachis i dom⁹ cœnobiticę septis claustroq; ma-
 nētibus, ut supponere uidei hęc incōmoda mō adducta, s; es-
 gressis monasterio & ad secularē statū reuersis, tūc ei nihil ac-
 cidet eorū incōueniētū, q̄ p̄dicta sunt. Occurrēdū sane illi ē, lō-
 ge graui⁹ malū eā assertiōne cōsecuturū, utpote uiolationē p̄-
 missionis deo factę, de p̄petua in domo monastica stabilitate,
 & ad finē usq; uitæ i ipsa religionis p̄fessiōe, p̄seuerātia. Quę
 utiq; p̄missio, idissolubilr̄ annectit uotis monasticis, nō ad t̄ps
 sed pro toto reliq̄ uitæ curriculo obseruādis, quēadmodū i su-
 prioribus locis, p̄sertim q̄rto p̄ntis libri capite, abūde ē oñsum.
 Qui at id fiet, si religiosi uxores duxerint? ¶ Porro q̄ rati nūc
 sint monachalē professi obseruationē, q̄ uotū castitatis custo- III
 diūt inuiolatū, ut in hoc cauillo obiectat Luther⁹, nequaq̄ te-
 mere proferēdū aut putādū est, q̄ nō sit ex aliquorū incōtinen-
 tia, de aliorū oīm eiusdē status & professionis uita, sumēda cō-
 iectura, nec ferēdū iudiciū, sed locū hic habeat, qd̄ Heliq̄ dicē 3. Reg. 19
 ti se solū eē relicū dei cultorē in Israel, rñdit dñs. Reliq̄ mihi
 septē milia uiroꝝ in Israel, q̄ nō curuauerūt genua sua añ Baal
 Ita sane credendū, q̄ lōge plures sunt cādorem cōtinētiae inte-
 meratū seruātes religiosi, ipsi deo cogniti, q̄ nra censeat opi-
 nio. Esto tñ pauci sint (ut ait) monasticę uitæ cultores, q̄ cœ-
 libatū integrū illabefactūq; custodiunt, ex hoc tñ, minime ua-
 lidū sumit argumentū, q̄ sit uotū castitatis abolendū in reli-
 giosis, rescindendaq; cōtinentiæ perpetuę regula, Eadē q̄ppe
 ratione

LIBER TERTIVS.

rōne, qm̄ pauci admodū sunt q mādata dei ad unguē custodi-
unt reijciēda essent dñi p̄cepta, ritūq; pecorū & ferarū eēt hoī-
bus sine lege uiuēdū. Et qm̄ plerūq; fides cōiugalī, in ijs qui
fœdere nuptiali sunt cōiuncti p̄ uiolationē thori frangit, con-
tingitq; interdum obstrictos uinculo cōnubiali adulterijs con-
taminari alienisq; irretiti amoribus, repudiandus eēt matrimo-
niū status, & sine cōiugij lege, p̄miscuo & uago cōcubitu mo-
re pecu. Jū eēt agēda hoibus uita. Et ita ad unū declinādū in-
cōmodū, inciderēt eodē cogēte rōcinio hoies in grauiora in-
cōmoda, & potissimū in id oīm deterrimū, q lex oīs quātū
libet iusta sit & recte lata, propter multitudinē p̄uaricantiū eā
eēt abrogāda, aut existimari deberet iniusta, noxia & p̄niciosa

III **¶** Quēadmodū Turcæ & Saraceni legē Ch̄riānā existimant
improbā & puerīam, qm̄ multi eā professi p̄ditissimis sunt mo-
ribus, fures, latrones, iniusti, fœdifragi, sacrilegi, adulteri, nō
secū reputātes, eos q ch̄riānismū professi, tales sunt, nō secūdū
Ch̄ri legē uiuere, sed p̄ter et cōtra illā, sed autumātes ex eo ma-
lā esse legē aliquam, qm̄ multi inueniunt illius trāsgressores.
¶ Quæ sane sn̄ia eorū, oīno erronea est & ueritati inimica. Nē-
pe lex Mosaica, suo tpe bona erat & salutaris, q̄uis multi fue-
rint eius p̄uaricatores p̄ totū illi⁹ instituti decursum, & eo etiā
tpe q̄ Ch̄rs dixit scribis & pharisæis. Nōne Moyses dedit uo-
bis legē? & nemo ex uobis facit legē. Nunqd̄ tūc noxia erat
Moysi lex, p̄sertim decalogū cōcernens, q̄a scribæ & pharisæi
inuidia stimulatī nō seruarūt eā, sed cōspirarūt in mortem in-
nocētis? Cōsimili q̄q; mō lex ch̄riāna, est lex dñi immaculata,
cōuertēs aīas, sc̄tā itidē & recta, t̄cti occurrāt cōplures, q̄ pra-
uis moribus suis eā uiolāt. Quinimo si nullus esset hoīm legē
illā obseruās (qd̄ tñ haud dubito nequaq; euenturū) nihilo mi-
nus sc̄tā & recta esset ea lex, q̄ si oēs eā adamussim obseruarēt
qm̄ nō a multitudine aut frequētia eorū q̄ legē seruāt, ipsa suā
accipit bonitatē aut rectitudinē, sed a suis regulis & uiuēdi in-
stitutis q̄ obseruāda proponit. Vbi em̄ hæ regulæ, diuinę uo-
lūtati sunt cōformes, & rectæ rōni cōsonæ, hoīm q; saluti con-
ducētes, haud dubie recta est & sancta & bona ea lex, neq; illā
bonitatē tollere p̄t & adimere multitudo eorū, q̄ prætergre-
diuntur

**Turcæ ad
improban-
das legem
Ch̄riānā
argumētū,
profus in-
utile,**

Iohan. 7

Psalm. 18.

diunt & soluūt legē. ¶ Hæc pluribus differui, ut semel occlu-
dant ora eorū q̄ cōtēdūt legē de obseruādis ieiunijs, de cœliba-
tu sacerdotū, de cōtinētia religiosorū, & siles id genus, esse re-
scindendas, hæc solū ob causam, qm̄ q̄ plurimi (ut aiunt) inue-
niunt earū legū trāsgressores, & qbus illæ leges sunt in laqueū
pditionis & ruinæ. Verū q̄ futilis sit ea rō, iā plane cōstat ex p̄-
dictis, & id pariter est p̄spiciuū, nō leges ipsas esse hoibus in la-
queū dānationis, ut obiectāt aduersarij, sed suapte natura ī sa-
lute. Improbos autē eorū affectus & prauas cupiditates, qbus
impellunt in illarū legū præuaricationē, esse ipsis trāsgressori-
bus in laqueū pditionis & ruinā. Proinde hm̄i trāsgressionis
culpā, nō legi esse imputādā q̄ eā uetat, sed puerilitati hūane &
prauitati mentis, q̄ obrudit & adegit hoiem in legis dissolu-
tionē. ¶ Demū si q̄ religiosam professi uitā, libidinibus inqui-
nēt, si uoluptatib⁹ defluāt, si diuitijs affluāt, & delictijs emolles-
cant, ut in p̄senti obiectione refert Lutherus, hæc oīa, particu-
laria & psonalia sunt uitia, nō ex ipsius religionis institutione
(q̄ sc̄ta est) pullulātia, sed ex prolapsione a recta monasticę re-
gulæ obseruatione. Huiusmodi igitur prolapsiones, reciden-
dæ sunt & extirpandæ ab ijs, qui auctoritatem exercendi illi-
us muneris gerunt, non autem ipse religionis status, qui rect⁹
est & honestus, probro dandus.

¶ Virginitatē alijs stipatā uirtutibus, mira excellētia ef-
fulgere, nuptijsq; præferendā esse. Cap. XXIX.



¶ Aeterū hoc in loco libri sui de uotis monasticis
deprimit pro uiribus excellētiā uirginitatis Lu-
therus, extenuatq; illius preciū & decus, cū ait. ¶ Eph. 4.
Nō uirgo aut castus, sed christianus saluabit. In
Ch̄o aut neq; masculus neq; fœcia, ita neq; uirgo
neq; uxor, & filia. ¶ Na aut fides, unū baptisma, un⁹ dñs. Hęc
Lut. In qbus uerbis, bonorū operū tollit discretionē, & nupti-
as æquat uirginitati. Quinimo & opa bona reijcit, & solā fidē
astruit esse necessariā ad salutē, ut & sæpe alias, in eo quē im-
probamus libro, sine ordine uaria inculcās, & eadē itē atque
iterū supflue reperens. Et potissimū, cū uno in loco dicit. Pri-
mū nihil inter opa discernamus, æqualia sunt apud deū, & in
ee ter se,

Leges ec-
clesiasticas
& monasti-
cas, eē oīs
bus in salu-
tē, & nō in
laqucum.